Decimo ĩ altari mēbra cremabant̄. Vñ leui. xxiij. Offeret̄ ſacrificiū ĩ igne dño. Itē pcipit̄ Leui. i. Oblata oīa adolebit ſacerdos ſup altare in holocauſtū et odorē ſuauiſſimū dño. Cor eni penitent̄ deb3 accēdi igne caritatis et zeli. Vñ. iij. Regum xviij. Deſcēdit ignis et vorauit holocauſtū helye. Igit̄ altare fides. ſine q̄ impoſſibile eſt placere deo. Heb. xi. Craticula aſſans ⁊ ſubleuās. ſpes. Ignis cremās ipſa caritas. Foſſa altaris recipiēs cineres. hūilitas ſp ad dolēdū ſuas recolēs iniq̄tates. Cinis eni q̄ eſt reſiduū ignis ſignat memoriā bñficiox dei. vel memoriam ↄſumptōis noſtre p peccata.

Vndecimo odor fumi aſcēdent̄ ex ſacrificio diffundebat̄. In h̄ fumo ↄpunctio vl̄ deuota oratio. q̄bus dñs delectat̄. ⁊ exēpli boni diffuſio q̄ prim⁹ ad ſilē inuitat̄. Propter pmū dicit̄ de ſacrificio noe. Gene. viij. Odoratus eſt dñs odorē ſuauitatis. Propter ſcdm dic̄ apl's de ſe et alijs penitētib⁹. Chriſti bon⁹ odor ſum⁹ deo. P

Duodecimo cineres reſeruabant̄.
Itē de hmōi ſacrificio d̄r. Sacrificate ſacrificiū iuſticie .i. maceratōem carnis offerte. Vñ Ro. xij. Obſecro vos p miſicordiā dei vt exhibeat̄ corpa vr̄a hoſtiā viuentē ⁊c̄. Vel ſacrificiū iuſticie .i. bona opa. Vñ. Eleuatio manuū meax ſacrificiū veſptinū. Vel ſacrificiū iuſticie .i. cor. de quo totū id qđ ſupdictū eſt faciendū ē. ⁊ ſic ſperate in dño .i. miſicordiā dei vos poſſe inuenire. Sed q̄dā imolāt demonijs ⁊ nō deo. q̄s ipi demones imolabūt ineternū. Vñ magis pñt timere ignē inferni q̄ſ ſperare miſicordiā dei.

Vel triplex ſacrificiū de quo pcipit̄ Leuit̄. ij. cōſperſum oleo offerēdū eſt. Primū d̄ clibano. ſ. amor dei. cōſpſum oleo deuotōnis. De q̄ oleo dicit̄. Impinguaſti ĩ oleo caput meū. Scdm de ſartagine. ſ. fratris correptio. ſupfuſu3 oleo cōſolatōis. Q̄d ſamaritan⁹ infudit vulnerib⁹ ſauciati. Lu. x. Terciū de craticl'a. ſ. carnis mortificatio. ſupfuſum hilaritatis oleo. Quia hilarē datorē diligit de⁹. ij. Chox. ix. Q

## In feſtis R

Propiciatio dñi q̄rit̄. Leuit̄. xxiij. Oē opus nō facient̄ in tpe diei hui⁹. q2 dies ppiciatōis eſt. vt ppiciet̄ vobis dñs de⁹ veſter. Quō autē q̄rēda ſit diuia ppiciatio. oſtendit̄ Iſa. lv. vbi legit̄. Querite dñm dū inueniri pt ⁊c̄. Derelinq̄t impi⁹ viam ſuā ⁊c̄. vſq3. et reuertat̄ ad dñm ⁊ miſerebit̄ eius ⁊c̄. Itē p elēoſynā inuenit̄ dei ppiciatio. Vñ eccl. vij. Paupi porrige manū tuā. vt pficiat̄ ppiciatō ⁊ bñdictio tua ⁊c̄.

Spūali gaudio exultat̄. ⁊ mūdana triſticia poſtponit̄. Vñ pcipit̄ neemie. viij. Sāctus dies dñi eſt. nolite ↄtriſtari. gaudiū eteni dñi eſt fortitudo vr̄a. Ibidē etiam dictū eſt pplo q̄ plorabat cū audiſſet v̄ba legis moſayce. Tacete q2 dies eſt ſctūs. ⁊ dolere nolite.

Lauta cibaria abundanti⁹ pparant̄. nō vt guloſi⁹ ↄmedat̄. ſed vt paupib⁹ largi⁹ erogēt̄. Unde ibidē pcipit̄. Ite ⁊ edite pinguia. et bibite mulſū. ⁊ mittite ptes ei q̄ nō pparauit ſibi. q2 ſanctus dies dñi eſt ⁊c̄.

Verbū dei fidelib⁹ pponit̄. ⁊ ad audiēdū ppl's ↄuocat̄. Neemie. viij. Congregat⁹ ē ppl's q̄ſi vir vnus ad plateā ⁊c̄. Et dixerūt eſdre ſcribe vt afferret libx leg̃ dei ⁊c̄. S
Item in feſtis — Et attulit eſdras librū corā oīm ml'titudine virox ⁊ ml'iex ⁊c̄. et legit in eo apte d̄ mane vſq3 ad mediā diē ⁊c̄. Et aures oīs populi erāt erecte ad librū.

Collecta ad opus paupex efficit̄. Vñ ibidē dicit̄ q̄ collectā fecerūt iuxta ritū. i. ad chori. xvi. dic̄ apl's. De collect̄ q̄ fiūt in ſctōs. ſicut ordiaui eccleſijs galacie. ita et vos facite p vnā diē ſabbati ⁊c̄. Ad heb. x. Nō deſerētes collectōem nr̄am ⁊c̄.

Noua veſtis induit̄. ſed vet⁹ ⁊ ſordida pus exuit̄. Vet⁹ veſtis et ſqualida. vet⁹ et ſordida ↄuerſatio. i. peccat̄. Que deb3 diſrūpi p ↄtritōez. ⁊ eijci p ↄfeſſiōez. ⁊ ſqualiditas ablui p ſatiſfactōem. Noua veſtis noua ↄuerſatio q̄ ↄſiſtit in v̄tutib⁹. vt. ſ. p luxuria caſtitas. p gula ſobrietas. p tenacitate largitas. p acidia ſtrenuitas. p inuidia caritas. p iracūdia benignitas. et p ſupbia hūilitas aſſumat̄. Vl' noua veſtis ↄuerſatio quā chriſt⁹ nou⁹ adā geſſit ĩ carne. Vñ ad Ro. xiij. Induimi dñm ieſū chriſtū. Non ſic hō veſtē. ſ3 ſicut ferrū ignē. ſicut dicit ibi autoritas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Campane feſtiue pulſant̃. In cui⁹ rei ſignũ dn̄s ꝑcepit moyſi vt faceret ſibi duas tubas argẽteas ductiles. q̃b; ꝯuocare poſſet multitudinẽ populi. Nũeri. x. q̃n̄ mo/ uẽda eſſent caſtra. Et erat vſus tubaꝝ illaꝝ maxime ad tria. Ad ꝯuocãdũ populũ ad bella. ad ſollẽnitates. ⁊ ad luctũ ꝓ mortuis. Ad hec tria maxime deb; eſſe vſus ꝑdicatõis[.i. ꝑ duas tubas .i. ꝓpter ꝓmiſſionẽ et cõminatõem. Largẽteas .i. ꝓpter ſono ritatẽ. Predicandũ eſt enĩ ꝑncipaliter ad tria. ſc; ad ꝯuocãdũ populũ ad ſollẽni/ tates eternas. ⁊ ad bellũ. ſ. ꝯ carnẽ mũdũ ⁊ diabolũ. et ad luctũ penitẽtie ꝓ mortu is in pctõ. Quilibet enĩ habet mortuũ ſuũ. Unde hiere. vi. Luctũ vnigeniti fac ti bi. Nota tibi.

Ad vigilias ⁊ ſeruitiũ itur. et laudes deo canunt̃. Quaꝝ videlic; laudũ ſi deuote ce lebrent̃. virtus oñdit̃ ꝯ ſpũales inimicos. ij. palip. xx. Cũ cepiſſent filij iſrl̃. i. deuo ti chriſtiani. laudes canere. ꝟtit dn̄s inſidias hoſtiũ in ſemetipos. ⁊ mutuis ſe ꝯci debãt vulnerib⁹. Qḋ de demonib; intelligẽdũ ẽ. Itẽ. i. palip. xxiij. Leuite ſtabant mane ad ꝯfitẽdũ ⁊ canẽdũ dn̄o. ſil' ⁊ ad veſpam tã in oblatõe holocauſtoꝝ dn̄i q̃ꝫ in ſabbatis ⁊ kalendis et ſollẽnitatib; reliquis ⁊c̃.

# Incipit ſexta particula libri ſecundi

in qua aſſignat̃ q̃ ꝓprietates ſint neceſſarie his q̃ volũt ſeruire matri dei. et ei⁹ fi/ lio ad beneplacitũ vtriuſq;.

Prefatio in ſextã particulã.

## Viſo de cauſis quare debeamus

A

ſeruire virgini glo͛ioſe. viſo etiã cuiuſmodi ſeruitia debeam⁹ eidẽ. viſo nihilomin⁹ quõ de ſingul' mẽbris ⁊ ſenſib; ipi ſeruiendũ ſit in ꝑſenti. reſtat aſſigñre de ꝓꝑetatib; ſeruoꝝ ſuorũ. q̃s niſi habuerim⁹ digne nõ poſſum⁹ eidem miſtrare. Debẽt ei q̃ digne cupiũt miſtrare chriſto vl' matri ei⁹ et ceterꝭ ſanctis. ipos q̃ntũ poſſunt ĩ ꝟtutib; imitari. ⁊ ſaltẽ a lõge currere in odorib; vnguẽtoꝝ ſuoꝝ. Cant. i. Quia ſicut dic̃ autoritas. venerari ſctõs et nõ imitari. ni hil aliḋ eſt q̃ꝫ mẽdaciter adulari. Grego. ſup illḋ Ioh. viij. Quis ex vobis arguet

Grego. me de peccato. Qui deũ neſciũt. dei famulos falſo honorãt. Uera enĩ ſctõꝝ vene/ ratio. eſt vera ipoꝝ imitatio. chriſto ſiq̃dẽ ⁊ ſctis m'lto magꝭ placet imitator deuo/ tus q̃ꝫ laudator ocioſus. Et ꝟa laudatio cordiſ ⁊ oris. imitatio eſt opis. Et tũc ve

Hiero. ri laudatores ſctõꝝ exiſtim⁹. ſi ea ſectemur q̃ ⁊ ipi ſectati ſunt. Hieronim⁹ ad ꝟgi nes ibi. Cogitis me o paula ⁊c̃. Igit̃ dilectiſſime amate quã colitis. ⁊ colite quaꝫ amatis. q; tũc eã ꝟe colitꝭ ⁊ amatꝭ ſi imitari velitꝭ ex toto corde quã laudatꝭ. B

Seruus marie debet eſſe

Mundus. aromaticus. rectus. deuotus. hebreus.
Compatiens et congratulãs. verax. taciturnus.
Feruens. diſcretus. humilis. pius. atq; benignus.
Iuſtus. pacificus. ſimplex. patiens. ⁊ honeſtus.
Atq; verecundus. hilaris. zelans. ſtudioſus.

Seruus marie debet eſſe

versus ꝑmus Mundus. Debent eſſe mũdi ⁊ imaculati ſerui ⁊ laudatoreſ marie. Ipa eſt ei ortus ꝯcluſus. ⁊ fons ſignat⁹. Canti. iiij. Nec intrãdũ eſt ĩ ortũ floridũ ⁊ de/ licioſum pedib; lutulẽtꝭ. nec aq̃ puriſſimi fontꝭ ſordidis eſt manib; hauriẽda. Ad agendũ ei de btã virgine nõ eſt niſi mũdo corde ⁊ purificatꝭ cogitatõib; accedẽdũ. vt cũ ea dicere valeat ſeru⁹ ei⁹ [In habitatõe ſancta corã ipo .i. filio. vl' corã ipa. ſc; matre[.miſtraui .] Sancta enĩ habitatio idẽ eſt ꝙ mũda. a terra eleuata. ⁊ firma ꝯuerſatio. Habitatio nomẽ eſt ꝟbale. et deſcendit a ꝟbo freq̃ntatiuo. ⁊ ſignificat freq̃ntiã ⁊ ꝑſeuerãtiã. Ibi enĩ habito vbi frequẽter me habeo. ⁊ ibi ẽ mea habitatõ vbi freq̃ns eſt mei habitio. Qui enĩ immũdi ſunt nõ miſtrãt ĩ ſctã habitatõne. ſil'



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nec appetētes plꝰ iuſto terrena. nec ꝯuerſantes in terra. ⌊ Corā ipo vl' ipa miſtra/
ui. ⌋ Hic nota q̄ttuoꝛ. Celeſte deſideriū. vt ante deū ⁊ mr̄em eiꝰ ſit om̄e deſideriuz
noſtꝝ. ⁊ nr̄a ꝯuerſatio in celis. Itē ⌊ corā ipo ⌋ .i. ſimplicit'. i. ſimplici oculo. nō faci
ens iuſticiā tuā corā hoib' vt lauderꝭ ab eis. Sed nihil aliō q̄ras niſi ipm. Item
Boetiꝰ ⌊ Corā ipo ⌋ .i. ſtrenue. Dia ei apta ſūt ocul' eiꝰ. Propriū ei ē oīs ſerui etiā pigri. q̄z
diu p̄ſēs ē dn̄s ſuꝰ ſtrenue opari. Boetiꝰ. Mag nob ⁊c. Vl' ⌊ Corā ipo ⌋ .i. bn̄pla
cito eꝰ ⁊c. Itē ⌊ Corā ipo ⌋ .i. fuerēt corā tāto dn̄o ⁊ tāta dn̄a. cū etiā corā dn̄iſ trēis
fuerēt ſui fui miſtrēt ⌊ Miſtraui ⌋ hūilit' ⁊ libēt'. Miſter q̄ſi mīoꝛ ſtatu. miſtrare q̄ſi
minorē ſtare. Autoritas. Si inuitꝰ pares ſeruꝰ es. ſi libēter miſter. Miſtrare ḡ in
ꝯtinua mentis ⁊ corpis mūdicia. eſt in ſctā habitatōe miſtrare. ⌊ Corā ipo ⌋ .i. i ce/
lo vt dictū eſt. Vel ⌊ corā ipo ⌋ .i. in cōſpectu eius. vt ſcȝ ipm iugit' aſpiciat ꝑ rectaȝ
intentōem. lucrū vel aliud tꝑale ꝯmodū nō intendēs. ⁊ ita in ꝯſpectu eiꝰ actiue vl'
paſſiue. vt iugiter cogitet ſe cōſpici a deo ⁊ angelis. Unde. Btūs q̄ in ſenſu cogi/
tabit circūſpectōem dei. Ecci. xiiij. Vel ⌊ corā ipo ⌋ .i. ad honorē eiꝰ vel ad bn̄placi
tū eiꝰ ¶ Et nota ꝙ in trib' his ꝟbis tangunt' fere oīa q̄ miſtris chriſti vl' marie ſūt C
neceſſaria. vt ſcȝ miſtrent In mūdicia vl' abiectōe voluptatū ⁊ ꝯtēptu tꝑaliū. In
patiētia aduerſoꝝ. In deſiderio eternoꝝ. Strenue. feruēter. ſimplicit'. reuerēter.
humiliter. libēter. ꝑſeuerāter. Ecce decalogꝰ miniſtroꝝ chriſti ⁊ marie. ¶ Itē ſer/ D
uiamus matri ſic̄ docemur ſeruire filio luc̄. i. ⌊ Seruiamꝰ illi in ſanctitate ⌋ .i. ī mū
dicia. Vn̄ mater dicit cū filio ⌊ Ambulās ī via īmaculata. hic ⌋ diſcretiue. nō alius
⌊ mihi miſtrabat ⌋ ad bn̄placitū meū. ⌊ Et iuſticia ⌋ vt n̄ credas te ei dare gratuitū. ſȝ
reddere debitū dicēs. Seruꝰ inutil' ſum. ⌊ Corā ipo ⌋ nō vt ab homib' velimꝰ lau
dari. Vn̄ ad col'. iij. Nō ad oculū ſeruiētes. Mat. vi. Attendite ne iuſticiā vr̄aȝ fa
ciatis corā hoib' vt videamī ab eiſ. In hoc etiā ꝙ dicit corā ipo. notat' ꝙ boni ſtāt
in cōſpectu dei. ſicut helyas dicit de ſeipo. iij. Regū. xviij. Viuit dn̄s exercituū an̄
cuiꝰ vultū ſto ⁊c. Mali aūt retro. Vn̄. Quoniā pones eos dorſum. ⁊ h̄. q2 a dn̄o
ignorāt'. ⌊ Omnib' dieb' noſtris ⌋ .i. ꝑſeuerāter. q2 dn̄s nō vult ſeruū alteri obliga/
tū. ſciēs ꝙ nemo p̄t duobus dn̄is ſeruire. Mat. vi. Non eſt ſuiendū mūdo. q2 ſer
uientē ſuū nō ſolū nō remunerat. ſed etiā ī diſceſſu totaliter ſpoliat. Job. i. Nudꝰ
egreſſus ſum de vtero matrꝭ mee. ⁊ nudꝰ reuertar illuc. Nō diabolo. qui q̄nto af/
Grego. fectuoſiꝰ ei ſeruit'. tāto ꝯtra talē ḡuius execrat'. ſicut dicit gregoꝛiꝰ. Nō carni. q̄ de
ſeruitio qō ei fit nō reddit niſi monetā ſtercoꝛū. ¶ Itē triplex mūdicia ſeruis ma E
rie neceſſaria eſt. videlicȝ

Carnis. Quod ē abſtinere ab om̄i immūdicia exterioꝛi. ⁊ ab om̄i actu illicito. qui
poſſet fieri ſciēter ⁊ vigilādo. Eſt aūt immūdicia fluxꝰ ſemīs q̄cūq3 attactu vl' ta/
ctu viri p̄ter vſum femīe. vl' femīe p̄ter vſuȝ viri. ⁊ h̄ ſtricto vocabulo. Large aūt
ſumpto vocabulo. īmūdicia ꝯplectit' fornicatōeȝ. adulteriū. mechiā. inceſtū. ſodo
miticū. peccatū brutale. et hmōi. De q̄buſlibet aūt immūdis his modis vl' alijs
dicit apl's. ad eph̄. v. Immūdi regnū dei nō poſſidebunt.

Voluntatis. Quod eſt abſtinere ab omni illicito cōſenſu. Unde ecci. xviij. ⌊ Poſt cō/
cupiſcentias tuas nō eas ⌋ ſcȝ eis ꝯſentiēdo.

Cordis. Quod ē abſtinere ab illicitis cogitatōib' ⁊ ꝑuerſis q̄ ſeꝑant a deo. Sap. i.
Imaginatōib'. Delectatōib'. Deſiderijs. Recoꝛdatōib'. Titillatiōib'. Cōſenſib'.
⁊ hmōi. q2 ſic̄ dicit dn̄s matth̄. v. Qui viderit mlierē ad ꝯcupiſcēdū eā iā mechatꝰ
eſt eā in coꝛde ſuo. Itē dn̄s mat. xv. De coꝛde exeūt q̄ coinq̄nāt hoiem.

Aromaticꝰ ⌋ ꝑ fragrātiā bone opiniōis. ꝑ exēplū caſtitatꝭ. pietatꝭ. et hūilitatꝭ. Quā/ F
to eni ipa eſt purioꝛ. magis fetet ei luxurioſus. Ipa enim cū ſit apis. fugat' fetoꝛe.
Ecci. xi. Breuis in volatilib' apis. Cū ſit mr̄ pietatꝭ. magꝭ fetet ei impiꝰ et auarꝰ.
Cū ſit exēplar hūilitatꝭ. plꝰ diſplicet ei ſupb'. ⁊ ſic de ceterꝭ abomīatōib' viciōꝝ.
Propter huiꝰ fragrātiā dicit' ſeruis ſuis. ecci. xxxix. ⌊ Quaſi libanꝰ ⌋ .i. exēplo ma/
rie. que deſignat' ꝑ libanū. Vn̄ dic̄ ecci. xxiiij. Quaſi libanꝰ nō inciſus ⁊c. ⌊ Odo/
rē ſuauitatꝭ habere. et q̄ſi roſe plātate ſuꝑ riuos aq̄ꝝ fructificate. floꝛete floꝛes ſic̄ li
liū. date odoꝛē. et frondete ī grāȝ. date nomī eius magnificentiā ⁊c. ⌋ Ecce ꝙ p̄mo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

iniungit ſuaue olentiā virtutū. ⁊ poſtea laudes ei⁹. ¶ Hanc autē fragrantiā de- G
bes habere in cordē. in ore. in opere.

In corde: cōtra fetorē prauorū deſideriorū. ſordidarū cogitatōnū. recordatōnū. ti-
tillationū. imaginationū. et hmōi.

In ore: duplicit. laudes ei⁹ que ſunt aromatica ⁊ ſpecies. aſſidue ruminādo. et ad
omnes impudicos ⁊ detractorios ſermones ſollicite obturādo.

In ope et ſenſibus. vt ꝓ illi⁹ honore ⁊ tua vtilitate abſtineas ab omi ope polluto. ⁊
ſenſus tuos ⁊ mēbra ſollicite cuſtodias ab omi actu illicito. ſcʒ oculos ne defigas
eos in feminā. Aures: ne ꝑ poſſe tuo audias linguā nequā. Nares: ne delecterꝭ in
meretricijs odoribꝫ. Os: ne guſtet quod guſtatū inferat mortē. Tactū ſimiliter ⁊ i
ceſſum: a voluptatibꝫ illicitis et hmōi.

Rectus. Per ipaʒ ei ɔfregit dn̄s cathenas ceruicū nr̄aꝝ: vt incederem⁹ erecti. Leui. H
xxvi. Cāti. i. Recti diligūt te. i. icuruati alia. Iſtō dicit matri et filio. Debēt eni
eſſe recti ſerui ⁊ laudatores marie. qꝛ rectos decet collaudatio. Rect⁹ eſt: cui⁹ intē
tio ad deū ꝓpter deū dirigit. Sūt eni ꝗ laudāt deū vel mariā cū bn̄fecerit eis. vel
vt bn̄faciat eis. Quoꝝ laus ⁊ ſi tendat ad deū vł mariā. tn̄ reciprocat ad ipoſ. Un̄
pſa. lix. Semite coꝝ incuruate ſunt eis. i. reflexe ad eos. i. ad ſuū ɔmodū recur-
uate. Oīs ꝗ calcat i eis ignorat pacē. Itē moraliter. Aīa bona nō porrigit ſe an
te: vt ꝑſentia bona ɔcupiſcat. Nō retro: vt ad anteacta mala ꝑ delectatōem reſpici
at. Nō dextrorſum: vt in ꝓſperiſ ꝑ incōtinentiā ſe effundat. Nō ſiniſtrorſū: vt i ad
uerſis ꝑ impatientiā excedat. Sed ſurſum ꝓfert incremētū ſuū. ſurſum hʒ cor vbi
chriſt⁹ eſt i dextera dei ſedēs. Et talis aīa digne collaudat filiū ⁊ matrē ei⁹. ¶ Itē. I
Rectus eſt ꝗ nō curuat ad amorē terrenoꝝ. qđ ſignat in rectitudīe corpis hūani:
qđ rectū eſt. vt doceat ſpiritū ſuū rectitudinē. Un̄. Os homi ſublime d. ⁊c. Eccſ.
vij. Hoc inueni ꝙ de⁹ fecerit hoīem rectū ⁊c. Ideo petit iuſt⁹. Spm̄ rectū inoua
Bern̄. in viſceribꝫ meis. Btūs ber. Ipa corpis rectitudo ſuāde ſue ſpūalis rectitudinis
ſignū eſt. et decor limi deformitatē arguit animi. Et paulo poſt. Peruerſa res eſt
oc̄los habere ſurſum. ⁊ internos affect⁹ vel ſenſus in terrā trahere deorſū. Et in-
fra. Indigne humanū corp⁹ inhabitat brutus ⁊ beſtialis ſpūs. Querere ⁊ ſape ꝗ
ſup terrā ſunt: curuitas eſt aīe. Meditari ꝙo que ſurſum ſunt: rectitudo illi⁹. Ad
col. iij. Que ſurſum ſunt ſapite: nō ꝗ ſup terrā ⁊c. Quia eni rect⁹ eſt dn̄s: debʒ re-
ctus eſſe famul⁹. ſicut dic ps. Quia rect⁹ redēptor: debet redēpt⁹ eſſe rect⁹. Item
Quā bon⁹ iſrł de⁹ his ꝗ recto ſunt corde. Recto corde ſūt: ꝗ eterna deſiderant.
⁊ his bon⁹ eſt de⁹ iſrł. Curuo corde ſunt: ꝗ tm̄ terrena deſiderāt. et his nō videbi
tur de⁹ bonus. licʒ ſit. De pmis dicit Treno. iij. Bon⁹ eſt dn̄s ſperātibꝫ in eū. aīe
ꝗrenti illū. De ſcđis dicit. Nolite ſperare in iniꝗtate. Itē alibi in ps. Uidebūt re
cti. i. illi ꝗ ꝑ deſideriū ad celeſtia erigunt. ⁊ ad terrena ꝑ amorē nō incuruāt. Et ta
les vident clare. qꝛ nō excecant puluere mūdanoꝝ. nec ſtercoribꝫ hirundinū. ⁊ leta
bunt. Quidā eni ſunt vt talpa. ꝗ nō pt viuere niſi in terra. Sed iuſti ſunt vt aꝗla
que videt ſolē in rota. ꝑ fidem nūc ſolē iuſticie in rota eternitatis. ſed tādē videbūt
facie ad faciē. Sed nō ſic impij: nō ſic. Et. i. quia omnis iniꝗtas oppilabit os
ſuū. i. os oīs iniqui oppilabit. Quia ipi i tenebris ɔticeſcēt. Non dicit claudet:
ſed oppilabit. in ꝗ maior dolor. Prouer. xx. Suauis eſt hoi panis mēdacij. ho-
mini. ab humo. panis mēdacij. i. peccatū. Quod ꝑ delectatōeʒ blādit. iđ ſuauis
videt. Et refectōem ꝓmittit: ideo panis. Sʒ mētit. iđo dicit. mēdacij. Et poſtea
implebit os ei⁹ calculo. Calcul⁹ eſt lapis ignit⁹. quo ſi os impletū fuerit vret il
lud. in quo notat pene acerbitas qꝛ igneus. ꝑ hoc ꝙ dicit implebit: pene infini-
tas. ꝑ hoc ꝙ lapis: pene durabilitas. quia lapis etern⁹ eſt. Igit qꝛ lapis: maſtica-
ri nō poteſt. qꝛ os impletū: trāſglutiri nō poteſt nec expiri. quia ignit⁹: nō poterit
ſuſtineri. ¶ Et nota ꝙ etiā pura laudatio nō ſufficit. niſi ſit et collaudatio. vt ſcʒ K
vnanimiter laudent chriſt⁹ ⁊ maria. Unde Exod. xv. dicunt filij irł. Cantemus
dn̄o glorioſe ⁊c. Qui eni bon⁹ eſt ſolus laudare nō vult. ſed alios quos pōt ſibi i
adiutoriū aduocat laudatores dicēs. Magnificate dn̄m vel mariā. mecū. ⁊ ex-

alternus nomē eius in idipm .i. concorditer. Nec inuidet glīe chriſti vel marie. ſicꝰ
nec moyſes numeri .xi. dicēs. Quis mihi det vt om̄es pphetent. Bene ergo dicit
ſctūs q̄libet. Cantemꝰ dn̄o vel marie. Dicit aliq̄s cantate. aliꝰ dicit cātabo. Neu
trū iſtoꝝ ſanctorū pprīū eſt. Primus imponit ī humeros hoīm onera q̄ nō tāgit.
Secūdus gloriā de ſingularitate q̄rit. In primo pigricia. in ſecūdo ſupbia rep/
benſibilꝰ eſt. ſicut oſtēdit Matth. xxiij. Hūilis ergo q̄ ſe inſufficiētē credit ad lau
des matris ⁊ filij niſi ab alijs iuuet. recte dicit. Cantemꝰ in quo oſtēdit deꝰ vel/
le laudari ꝯcorditer. Vn̄ Actuū .i. dr̄. q̄ om̄es vnanimit erāt pſeuerātes in orōne.
Et .i. ad Thim̄ .ij. Volo viros orare ⁊c. ſine ira ⁊ diſceptatōe. Itē iob .xxxviij. dicit
chriſtꝰ. Cū me laudarēt ſimul aſtra matutina. ⁊ iubilarēt oēs filij dei.

Quid ſit deuotio — Deuotus. Eſt aūt deuotio piꝰ et hūilis affectus ad deū vl̄ beatā virginē. ex ꝯtritō L
ne generatus. Aliter. Deuotio eſt teneritudo cordis vel mētis. qua q̄s de facili re
ſoluit in lacrimas. Hec eſt medulla holocauſtoꝝ. ſine q̄ omne holocauſtū aridū
eſt. Unde. Holocauſta medullata offerā tibi. Aliter. Deuotio eſt feruor bone vo/
lūtatis. quē mens cohibere nō valēs certis manifeſtat indicijs. Hec diuidit ī tria.
In zelū. Cōpaſſionē. Et beniuolentiā. Zelus eſt. dū pamore iuſticie defenſorē vl
tro ſe offert animꝰ. calumniā ṽitatꝭ pati nō ſuſtinēs. Cōpaſſio eſt. qn̄ miſerijs ali
orū cōdolemꝰ. Beniuolētia. quādo ſpōtanea volūtate bn̄ficia rogāti annuimꝰ.

— Hebreus .i. trāſiens. Vn̄ glīoſa virgo ad ſeruitiū ſuum vocat ſpecialiter trāſeun/
tes Eccī. xxiij. dicēs. Trāſite ad me om̄es q̄ ꝯcupiſcitꝭ me ⁊c. Expoſitōem multi
plicē huiꝰ autoritatꝭ inuenies lib. xij. ptic̄la. vij. pmo ſermone de natiuitate marie.

verſus ſecūdꝰ — Compatiēs ⁊ ꝯgtulās. Hoc habuiſti ſup expoſitū. particula .iij. ca. xij. ⁊ .xiij.
q̄r marie debemꝰ ꝯgratulationē et ꝯpaſſionē. Ad roma. xij. Gaudere cū gau
dentib. flere cū flentibus.

— Verax. Cū ipa ſit mater ṽitatꝭ. que nec falli pt̄. ſed nec fallere intēdit. Eccī. xv. Viri M
mēdaces nō erūt illiꝰ memores. ⁊ viri ṽaces inuenient in illa ⁊c. ¶ Et nota q̄ ſer
uis matris et filij triplex veritas eſt neceſſaria.

Veritas cordis ſine duplicitate. Quia ſicut dicit Jaco. i. Vir duplex animo incō/
ſtans eſt in oīb vijs ſuis. Vie noſtre. actōes noſtre.

— Veritas oris ſine falſitate. Quia os q̄d mentit occidit animā. Sap. i. Tollēs vitā
gratie in pſenti. vitā glorie in futuro.

Veritas opis ſine vanitate. Quā nō habent illi q̄ in laudib hominū delectant h.
⁊ aliā retributōem nō expectāt a deo. De q̄bus dicit veritas. Amē amē dico vob
Chriſoſ. receperūt mercedē ſuam. Matth. vi. Ibi chriſoſtomꝰ. Qui ppter hūanū fauorē
bonū facit. tacente populo mercedē amittit.

— Taciturnus. Quia in multiloquio peccatū nō deerit. exēplo glorioſe virginis. q̄ N
nō niſi ſeptē ṽba locuta legit in euāgelio. Lege ⁊ imitare. Ideo a ſeruo ſuo rogā
da eſt aſſidue maria. Pone dn̄a mea cuſtodiā ori meo. ⁊ oſtiū circūſtātie labijs me
is. Nō declines cor meū .i. nō pmittas inclinari a rectitudīe ṽtutū in ṽba mali/
cie. ad excuſandas ⁊c. Ideo cōuenit ſeruis eiꝰ illud Hiere. viij. Cōuenite ⁊ in/
grediamur ciuitatē munitā q̄ eſt maria. munita omni genere virtutū. De q̄ dicit ī
pſ. Benedictꝰ dn̄s. quoniā mirificauit miſicordiā ſuam mihi ī ciuitate munita.
Sequitur. Et ſileamꝰ ibi .i. exemplo illiꝰ ab omni prauo ſermone ⁊c.

verſus tercius — Feruens. cōtra pigriciā. deſidiā. tepiditatē. ⁊ negligentiā. Dicit enī de ſapia O.
et maria Eccī. vi. Quaſi is q̄ arat et q̄ ſemiat accede ad eā .i. ad ſeruitiū eiꝰ
⁊ ſuſtine bonos fructꝰ illiꝰ. In ope enī ipſius exiguū laborabis. ⁊ cito edes d̄ ge
neratōibus illiꝰ. Sed piger ppter frigꝰ .i. torporē animi arare noluit .i. labora
re. mēdicabit ḡ cū fatuis virginib in eſtate futuri iudicij. ⁊ non dabit ei vita
eterna. Prouer. xx. Cōtra deſides dicit ad Heb. vi. Nō ſegnes efficiami. verꝫ imi
tatores eorū q̄ et fide et patiētia hereditabūt pmiſſionē. Cōtra tepidos dr̄ Apoc.
Bern̄. iij. Utinā frigidꝰ eſſes aut calidꝰ. Btūs Ber. Calidi ſunt ſpūalibꝰ feruētes de/
ſiderijs. frigidi horrore pctōrū ſuorū et eterne damnatōis ꝯſtricti. Has duas af/
fectōnes ſcimus ⁊ credimꝰ optabiles et acceptabiles dn̄o. Sed quia tepidꝰ es

Tepidi ſunt vtriuſqȝ huiꝰ affectõis exptes.ꝗles mõ fere omnes inueniunť.[In/
cipiā te euomere ex ore meo].i.a ſocietate fideliū qui ſunt os dñi ſepare turpiť. ſi
Bern. cut qđ euomiť turpiter eijciť.qđ eſt excõmūicatio ſpūalis.Aliter.Btūs ber.[Ca
lidus]feruore dilectõis[Frigidꝰ]ītuiͤpiꝰ ꝯſideratõe.Aliter[Frigidꝰ ē]q̄.ꝑ timo/
re gehēne nō peccat[Calidus]quē amor dei peccare nō ſinit.[Tepidꝰ]quem nec
timor terret.ꝰnec amor inflāmat.Mirabil' dei patiētia.ꝗ multotiēs euomitū reſu
mit ꝑ miſicordiā.cū de cibo euomito nullꝰ hoc facere dignareť.Ideo dicit[Inci
piā te euomere.]Modo incipit euomere.ſed nō ꝑeuomit donec in morte.Itē in
hoc ꝙ dicit[incipiā]qđāmodo p̄munit tepidū vt p̄caueat ſibi.qđ eſt miſicordia
magna.De negligentibꝫ diciť Iere.xlviij.Maledictus q̄ facit opꝰ dei negligē
ter.Alia litera dicit fraudulenter.
—Diſcretus]Omnia ſepe ꝑ vehemētiā feruoris amittiť virtus diſcretõis.Vn̄ ⁊ ipa diċ P
cū filio Iſa.lij.Intelliget ſeruꝰ meus.ꝰ⁊ exaltabiť.Sicut enī honor regis iudiciū
Bern. diligit.i.diſcretionē.ſic ⁊ honor regine.ſicut dicit btūs bern̄.Vt in omī ſacrificio
qđ ei volueris ad bn̄placitū ſuū offerre.ſal diſcretõis ſtudeas apponere.Leui.ij.
ſcȝ ne q̄d nimis vel paꝝ.Ad rom.xij.Rationabile obſequiū veſtꝝ.
—Hūilis]Vt cū omnia bona feceris ad honorē illiꝰ.ꝰdicas ei.Seruus inutil' ſum. Q
Lu.xvij.Miniſter enī diciť.ꝗſi minor ſtatu.Miniſtrare.ꝗſi minorē ſtare.In q̄
notať humilitas.Quere ſupra p̄ma ꝓprietate.ſcȝ mūdus.Vl' miſter ꝗſi minis ter
ritus.ſcȝ ꝑ timorē.ꝰqui frater hūilitatis.Cū enim ſimꝰ paupes ⁊ egeni.viles ⁊ hu
miles de natura nr̄a.neceſſe eſt vt pauꝑtatē nr̄am et hūilitatē ꝑ chriſto voluntarie
aſſumamꝰ.maxime cū delectabiliter ſit amplectēdū qđ nature ē ꝯſonū.Et hec na/
ture noſtre valde ſunt ꝯſona.qꝛ paupes ⁊ viles naſcimur ⁊ morimur.Exēplo etiā
dñi noſtri q̄ cū diues eſſȝ factꝰ eſt pauꝑ.cū dn̄s omniū ſeruire voluit vniuerſis.
—Pius.]Qui enī ad bn̄placitū ſuū ſuire deſiderat matri pietatis et miſicordie.ne/ R
ceſſe eſt vt et ipe ſit pius ⁊ miſicors.cum ipa ſit refugiū miſericordiū.⁊ auertat il
los miſicordes oculos ab eo quē viderit immiſicordē.cum talis vir aut mľier ſit
omnino ei diſſilis.Si enī manus tua vacua fuerit ab opibꝫ miſicordie factis ad
honorē eiꝰ.qua irreuerētia ab ea miſicordiā flagitare p̄ſumes?
—Atqȝ modeſtꝰ]Vt ſeruus eiꝰ nō ambulet in magnis nec in mirabilibꝫ ſup ſe.ſȝ mo
deſtia eiꝰ nota ſit oībꝫ hoībus.ad Phil.iiij.et ſuā dñam in hac ꝟtute imiteť.Si
Hiero. enī ꝯpoſitus miles ꝯpoſitā debet habere familiā.ſicut dicit hiero.ml'to fortiꝰ re/
gina ꝑadiſi.Eſt autē modeſtia modū tenere in oībꝫ.ſcȝ In verbis.qꝛ tpus tacēdi
⁊ tpus loq̄ndi.Eccl'iaſtes.iij.Prouerb.xvij.Qui moderať ſmones ſuos doctꝰ ⁊
prudens ē.In veſtibꝫ et cibis.vt habētes alimēta nō delectamēta.⁊ q̄bꝫ tegamur.ꝰ
nō ornamēta.his ꝯtēti ſimꝰ.i.ad Thi.vi.Et ſic de alijs.
— IUſtus.]Vn̄ diciť ei a filio Iſa.lx.Populꝰ tuꝰ oēs iuſti.ꝰimpꝑpetuū heredi/ S
versus tabūt terrā.Eccl.xv.[Qui cōtinens eſt iuſticie].i.ſimul cū alijs ꝟtutibꝫ te/
q̄rtus nens iuſticiā corde ore et ope[appħendet].i.firmiter tenebit affectu ⁊ itellectu[il
lam].i.ſapientiā vl' iuſticiā.i.fructū iuſticie q̄ eſt vita eterna.Vel[appħēdet]toto
conamīe mētis ⁊ corpis dicēs.Inueni quā diligit aīa mea.Canti.iij.tenui eā nec
dimittā[Illā].i.mariā vt ei ſuiat.eā collaudet.ꝰ⁊ opetur ad honorē ipiꝰ.Nō enī
videtur iuſtꝰ vel de numero p̄deſtinatoꝝ ſȝ magꝭ de nūero reproboꝝ.ꝗ marie ſpe
cialiter nō ſeruit.[Et obuiabit]ſcȝ ipa iuſticia vel ſapiētia vl' maria[illi].i.ſe ꝯti/
nenti.diligēti.imitāti.[Obuiabit]inq̄m ꝑ gl'iam cōſcientie.que ſeq̄ť opa iuſticie.
doctrinā ſapiētie.familiaritatē marie[illi]remunerādo.⁊ hoc ī morte[Quaſi ma
ter honorificata]Quod ē dicere.Sicut mater honorificata a filijs ſuis blāde ſu/
ſcipit illos.ſic iuſticia.ſapīa.et maria merito iuſticie blāde ſuſcipiūt iuſtos ī mor
te.Eſt enim iuſticia ſapīa ⁊ maria mater iuſtoꝝ.qꝛ nutrit eos ⁊ adoptat vt filios.
Quaſi mater honorificata.ꝰml'titudīe bonoꝝ opeꝝ.⁊ elucidata doctrina ꝟbi ⁊ exē
pli[Et ꝗſi mľier.]Maria mulier.qꝛ molliuit deū.⁊ qꝛ emollit corda dura.Et ipa
eſt virgo.qꝛ ꝑ cōtinētiā quaſi reuirginat corpa diſſoluta.[Mulier]dico[a virgi/
nitate]nō recedēs.Diciť etiā iuſticia mulier ꝓpter fortitudinē ⁊ fecunditatē opeꝝ.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ virgo ꝓpter integritatē intētōis.⁊ mūdiciā mētis quā pſtat diligentibꝫ ſe.
—Pacificus.]Ut q̄ ad bn̄placitū ſuū marie deſiderat famulari.ꝑus ſatagat ꝑ penitē/ L
tiā cum filio pacificari.Quādiu eni q̄s genitū peccādo impugnat .genitrici nō mi
niſtrat.nec ecōuerſo.
—Simplex.].i.ſine plica duplicitatꝫ ⁊ ſimulatōis.q꞉ ſimulator ore q̄ntū in ſe eſt deci/
pit amicū ſuū .Parab.xi.De cuiuſmodi plāgit ſe mater cū filio Jſa.xxix. Popu/
lus iſte ore ſuo ⁊ labijs ſuis glificat me.cor autē ei⁹ longe eſt a me ⁊c. Qđ de mul
tis clericis ⁊ religioſis manifeſtū eſt.q̄ nō clerici vl' religioſi.ſed magꝫ corā deo ſi/
mie ſunt.qui cantādo ⁊ pſallēdo chriſtū vl' mariā nō placant. ſꝫ magis ꝓuocant ⁊
irritāt.De cuiuſmodi d꞉ Job.xxxvi.Simulatores ⁊ callidi ꝓuocāt irā dei.E con
trario ſimplicitas iuſtorū diriget eos.Parab.xi.
—Patiēs.]ad ↄtumelias ꝑbor. Ut ꝓ honore ipi⁹ patiēter toleret ſubſannatōes im/ V
piorū.⁊ bibat exemplo iob.xxxiiij. ſubſannatōem ſicut aquā.Nec reſpōdeat cōtu
melioſis.q꞉ ſeruū dei vel ipius marie nō oportet litigare.ſed manſuetū eſſe ad oms.
ij.ad Thimo.ij.Jtē.Ad damna rer tꝑaliū.vt dicat cū iob.i.Dn̄s dedit.dn̄s ab/
ſtulit.ſicut dn̄o placuit ita factū eſt.ſit nomē dn̄i benedictū ⁊c. Jtē ad leſionē mē/
brorū.Et hec patiētia ꝑfectior ē duab⁹ primis.Hanc exhibuit chriſt⁹ dicēs Jſa.
l.Corpus meū dedi ꝑcutiētibꝫ et genas meas vellētibꝫ.faciē mea nō auerti ab icre
pantibꝫ et cōſpuentibꝫ ī me ⁊c. Jtē ad angarias operꝝ.Mat.v. Quicūq꞉ te anga/
riauerit ⁊c.Jtē ad tribulatōes q̄ nobis inſert caro noſtra. Jaco.i. Btūs vir q̄ ſuf
fert tēptatōem.Jtē ad ↄtemptū mūdi.vt poſſit dicere filio ⁊ mr̄i pſ.lxviij.Propt
te ſuſtinui opprobriū.Jtē ad egritudīes corꝑales.vt dicat cū iob.vi.Quis det vt
veniat petitio mea.⁊ qđ expecto tribuat mihi de⁹.⁊ q̄ cepit ipe me ↄterat. Sol/
uat manū ſuā ⁊ ſuccidat me.⁊ hec ſit ↄſolatio mea vt affligens me dolore nō par/
cat.nec ↄtradicam ſermonibꝫ ſancti.
—Et honeſtus.]id ē bene ↄpoſitus .et gratiā hui⁹ honeſtatis petat ab ea cui⁹ fruct⁹ X
ſunt honoris et honeſtatis.

verſus q̄ntus

—A Tq꞉ verecūd⁹.]Ut ſi ſeruitiū ſuū voluerit placere matri ⁊ filio.erubeſcat
facere.dicere.vel etiā cogitare.turpia.noxia.vel iniqua.
—Hilaris.]Ut ex hilaritate ſeruiat tā matri q̄ȝ filio .nō ex triſticia aut ex neceſſitate.
Quia ſicut dicit apl's.ij.ad Chor.ix. Hilarē datorē diligit de⁹. Jtem eccl.xxxv.
Jn omni dato hilarē fac vultū tuū ⁊c.
—Zelans.]Ut nō ex timore ſeruiat.ſed poti⁹ ex amore.
—Studioſus.].i.ſollicitus in inq̄rēdo quomodo ei placeat cui ſe ꝓbauit.

## Jncipit ſeptima particula ſecūdi libri
in qua agitur de feſto eternitatis.ad qđ hō redijt ꝑ mariā et partū eius.

IGitur quoniam de feſto eterni a
tatis ad qđ hō redijt ꝑ mariā fecim⁹ mētōnē ſuꝑ ꝑticl'a q̄nta ca.xij.
q꞉ marie de ore nr̄o dēm⁹ ſollēnizatōem. Ubi ī ꝑncipio dictū ē.A lu
na ſignū diei feſti.Cui⁹ autoritatis plenariā expoſitōeȝ inuenies li
bro.vij.titulo.iiij.q꞉ maria luna.Jdcirco de feſto illo ſaltē pauca balbutiēdo dice
mus.Dicit aūt feſtū illđ ↄuiuiū. Jſa.xxv.[Faciet dn̄s exercituū oibꝫ pplis ī mō
te hoc ↄuiuiū piguiū.ↄuiuiū vindemie.pinguiū medullatorū.vindemie d'fecate.]
Sic expone.
—Faciet dn̄s exercituū oibꝫ pplis.].i.electꝫ ex omi pplo. ſic d꞉. Ad te oīs caro veiet.
.i.aliq̄ ex omi carne.Et h' ↄuiuiū ſignatū ē geū.xlv. vbi ioſeph q̄ chriſtū ſignabat
omnibꝫ fratribꝫ ſuis ad eū ↄgregatꝫ fecit conuiuiū.
—Jn monte hoc.].i.in eccleſia triūphāte.d' quo mōte ꝓpter paucitatē aſcēdētiū dicit.
Quis aſcendet in montē dn̄i ⁊c.
—Cōuiuiū pinguiū.].i.oīmode ſatietatꝫ.Un̄ pſ.Satiabor cū apparuerit glia tua.

[Cõuiuiũ vindemie] i. oĩmode iocũditatis. Eccĩ. xxxi. Vinũ in iocũditate creatũ ẽ ꝛc. Tũc ei iuſti inebabũť ab vbtate dom⁹ di. ⁊ torrẽte voluptatꝫ ſue potabit eos.
[Pinguiũ medullatorũ] i. iterioꝝ gaudioꝝ et exteriorũ. Sicut duplex ẽ piguedo. De q̃ ps. Sicut adipe. i. ſtola aĩe. ⁊ piguedine. i. ſtola corpis repleať aĩa mea. ꝛc.
[Vindemie defecate] i. iocũditatꝫ puriſſime ſine fece triſticie. ſic vinũ merũ dr vinũ ſine aq̃ vł mixtura. Aliť. In pinguedie itellige pleĩtudinẽ. Vñ dictũ ẽ iob. xxxvi. Reqes mẽſe tue erit plẽa piguedie. Jõ orabat dauid. Sic adipe ⁊ piguedie repleať aĩa mea. In medulla q̃ intra oſſa abſcõdiť. ſecuritatẽ. Vñ deut. xxxiij. Habitabit iſrł ꝯfidẽter. In vindemia defecata. puritatẽ oĩmode delectatõis ⁊ iocũditatis abſq3 admixtione alicui⁹ ꝯtrarij. B

Itẽ Luc. xxij. tãgunť octo q̃ laudabile faciũt ꝯuiuiũ. Vbi dñs dicit diſcipulꝫ ſuis. [Ego diſpono vobis ſic diſpoſuit mihi pr̃ me⁹ regnũ vt edatꝫ ⁊ bibatis ſup menſam meã in regno meo.] C

Primũ. Nobilitas inuitatoris. Vbi dicit [Ego]
Secũdũ. Ordinata poſitio ferculoꝝ. Vnde [Diſpono]
Terciũ. Honeſtas cõuiuaꝝ. Vnde dicit [Vobis] Apoſtolꝫ enim loquebať.
Quartũ. Hilaritas vultus. Vnde [Sicut diſpoſuit mihi pr̃ me⁹ regnũ.] Exẽplũ quomodo pater recepit filiũ ꝓdigũ. Luce. xv.
Quintũ. Autoritas inuitantis. Vnde [Pater meus]
Sextũ. Fecunditas mẽſe. Vnde [Vt edatis et bibatis ſup mẽſam meã.] Hoc nõ merenť. qui paupib⁹ inhoneſte miniſtrãt.
Septimũ. Loci amenitas. Vnde [In regno] Exemplũ de cõuiuio aſſueri. qđ factũ eſt in orto nemorib⁹ conſito. Heſter. i.
Octauũ. Securitas. Vnde dicit [meo]

Gaudiũ illđ cena magna

Conuiuiũ iſtđ erit cena illa mag̃ quã [fecĩ hõ q̇dã] Lu. xiiij. i. de⁹ pr̃. qñ celeſtẽ iocũditatẽ vł ſue diuitatꝫ fruitõez electꝫ ſuis ab etno ꝑparauit. De⁹ pr̃ dr hõ ibi. Siłe ẽ regnũ celoꝝ hoĩ regi q̃ fecit nuptiaſ filio ſuo. [Hoĩ regi] deo prĩ. dicit glo. Nõ tñ ẽ hõ. fili⁹ dr hõ ⁊ ẽ hõ. Diciť aũt pr̃ hõ duplici rõe. Pria ẽ ſilitudo creatõis. qꝛ cũ tota trinitas creauerit hoĩem. dedit ei eſſe diuinũ. ⁊ creauit ad ſilitudinẽ ſuã. vt hõ iterioꝛ haberet vnitatẽ i eſſentia. ⁊ trinitatẽ i potẽtijs. ſic i deo ẽ eſſentie vnitas. ⁊ trinitas pſonaꝝ. Vñ ps. Ego dixi dij eſtꝫ. Sic cũ diabol⁹ ſupat hoĩez. diciť hõ. Mat. xiij. Inimic⁹ hõ h̃ fecit. glo. diabol⁹. Scđa rõ ẽ vnio dilectõis. Vñ ꝑpť dilectõez quã h3 de⁹ ad hoĩez. dr pr̃ hõ. Aug⁹. Amoꝛ eſt vnio amãtis cũ amato. Qui adheret deo vn⁹ ſpũs eſt. Lu. ij. Tuã ipi⁹ aĩaz ptrãſibit gladi⁹. Hoc dictũ eſt ꝑpter iſtã vnionẽ. Vel dr pr̃ hõ. qꝛ benign⁹. hũan⁹ ⁊ miſericors. q̃ ꝓꝑa ſunt homis. Vel [hõ q̇dã] verbũ caro factũ. q̃ valde ampliata ẽ hec cena. vt videlicꝫ nõ tm̃ habeam⁹ deũ creatorẽ vt angeli. ſꝫ etiã frẽm q̃ ad naturã hũanã. Quã videlicꝫ naturã głificatã videre. vnũ erit d̃ ꝑcipuis delectabilib⁹ ꝑadiſi. Tũc ei clareſcet geniti q̃ genitura fuit. Et bñ chriſt⁹ dr hõ q̇dã. i. ſingularꝫ. Hõ. qꝛ ex ṽgĩe carnẽ aſſumpſit. Singularꝫ. qꝛ ſol⁹ de⁹ ⁊ hõ. Quia ſol⁹ ſine pctõ. Quia ſolus ſine leſione materne ṽginitatꝫ ꝯcept⁹. Sol⁹ ſine ĝuamĩe materni vẽtrꝫ portat⁹. Sol⁹ nat⁹ ex vẽo mr̃is abſq3 doloꝛe pariẽtꝫ. Quia ſol⁹ morte ſua gen⁹ hũanũ rdimere. Sol⁹ morte ſua mortẽ potuit occidere. Sol⁹ ab inferis electos ſuos abſtrahere. Sol⁹ i ſepulcro corruptõnem nõ videre. Quia ſol⁹ inter mortuos liber. Solus ſemetipm̃ a mortuis ſuſcitare. Solus virtute ꝓpria corꝑaliter in celum aſcẽdere. Soli datũ eſt a patre. ad patris dexterã reſidere.

Aug⁹ D E

Diciť aũt feſtũ illđ cena. Et eſt cena ꝓpe refectio veſptina circa finẽ diei. Et btĩtudo eterna plenarie dabiť electꝫ p⁹ iudiciũ. qđ erit in fine mũdi. Jã enĩ guſtãt btĩ cenã illã q̃ ad głiam aĩe. ſed receptis corꝑib⁹ in generali reſurrectõe. tũc plenarie in terra ſua duplicia poſſidebũt. Jſa. lxi. [Duplicia] i. vtrãq3 ſtolã. F

Diciť etiã cena obſoniũ. i. cibus cõtra ſomnũ. Cibus videlicꝫ delicat⁹ ⁊ delicioſus. q̃ a delicatis ſumiť contra ſomnũ. vt eſt panis vinũ et fruct⁹. Somn⁹ eſt q̇es eterna. de qua dicit ps. in pſona beatoꝝ. In pace in idipm̃ dormiam et requieſcam. G



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Nūc ſomnū ſine hāc pacē accepturi ſunt.' q̄ pane q̄ de celo deſcēdit refecti fuerint in pſenti. q̄ mō ſumit' in ſacramēto. ⁊ in illa cena ſumet' ineffabili mō. De q̄ pāe dr̄ Lu. xiiij. Btūs q̄ māducabit panē in regno dei. Ut videlicȝ ſatur d̄ plēo ei uctuet
Uinū huiꝰ cene.' illd̄.' de q̄ dr̄ Deut. xxxij. Sāguinē vue bibēt meracīſſimū. Iſa. xxv. Uidemia defecata. vt ſup̄. Uua chriſtus. q̄ nata ē ex illa bīſſima vite. i. glīoſa v̄gine. q̄ dicit Ecci. xxiiij. Ego q̄ſi vitis fructificaui ⁊c̄. Que ſcȝ vua p̄ſſorata eſt in torculari crucꝭ. ⁊ inde eliq̄tū muſtū noſtre redēptōis. de quo dr̄ chriſto. Calix tuꝰ inebriās q̄ꝫ p̄clarꝰ eſt. Qd̄ ſcȝ muſtū vl' ſanguinē vue meracīſſimū mō ſuminꝰ i ſacramēto. ⁊ tūc ſumet' ineffabili mō q̄n dicet' ꝯuiuis illd̄ Cañ. v. Bibite et inebriamini cariſſimi. D

Fructus huiꝰ cene.' fructus ille bn̄dictꝰ de quo dixit elizabeth Luc. i. v̄gini glīoſe. Bn̄dictꝰ fructus vētris tui. Quere titulo ſuo. ſup̄ li. i. ca. vij. Hic fructꝰ mō em ē dus ē p̄cio bonoꝝ opeꝝ. vt ibi cariꝰ ⁊ delicaciꝰ comedat'. Unde de aīa bona negociatrice tūc dicet'. Date ei de fructu manuū ſuaꝝ. Prouer. in fine. Nec ſolꝰ fructꝰ vētris v̄ginal'. ſed ⁊ fructꝰ arboris triūphalis. i. crucꝭ. in q̄ chriſtꝰ triūphauit. De quo dicit' Canti. vij. [Aſcēdā in palmā.] ſynodochice. i. in crucē. [⁊ app̄hēdam fructus eiꝰ.] Iſtud realiter debȝ dicere q̄libet iuſtꝰ. Non eni guſtabit hūc fructū i futuro.' q̄ in palmā aſcendēs. i. in crucē. ipm nō collegerit in p̄ſenti. Et nota q̄ quāto q̄s altiꝰ aſcēdit i arborē palmā.' cuiꝰ fructus dactilꝰ eſt. tāto dulciores ⁊ maturiores inuenit dactilos. q̄a i ſūmo cacumīe palme fructꝰ dulcioꝛ ⁊ maturioꝛ inuenit'. Ille v̄o altius i palmā aſcēdit. qui maiorē ⁊ diuturniorē penitētiā facit. ⁊ maiori tribulatōi p̄ dn̄o ſe exponit. ⁊ ſic glorioſiorē coronā recepturꝰ eſt in futuro. Id̄ dr̄ de h̄ fructu Iſaie. iiij. Erit fructus terre ſublimis. Nec pōt haberi niſi aſcenderis. I

De h̄ obſonioꝛ h̄ fructu dic̄ p̄s. Cū d̄derit dilectꝭ ſuis ſōnū. Ecce hereditas dn̄i filij merces fructꝰ vētris. Quere titulo bn̄dictꝰ fructꝰ vētris tui. K

Uel fructꝰ huiꝰ cene erit triplex ille fructꝰ terre p̄miſſiōis. de q̄ legit' Nūeri. xiij. ſ. ficus vua ⁊ malog̃natū. Per ficū deſignat' dulcedo mentꝭ in ꝯtēplatōe diuinitatis. q̄ ſcȝ ꝯtemplatio cibus ⁊ potꝰ eſt aīe. Uñ ad hoc deſignādū dicit' de iſrl'itis. Exo. xxiiij. Uiderūt deū ac ꝯmederūt et biberūt. Per vuā deſignat' gaudiū mentꝭ. quā inebriat caritas. in cognitōe illiꝰ caritatꝭ eximie q̄ fecit filiū dei incarnari. Per malogranatū.' q̄d m'lta g̃na ꝯtinet ſub vno cortice.' deſignat' letātiū vnitas animoꝝ. vbi vnuſq̄ſq̄ȝ de bono alteriꝰ vt de ſuo gaudebit ſine inuidia. ⁊ q̄d in ſe nō recepit p̄miū. gaudebit in alio recepiſſe. Ideo de ſup̄na hieruſalē dicit' q̄ edificabat' vt ciuitas p̄pter ciuiū vnitatē. cuiꝰ participatio eſt in idip̄m. i. cōmunis. Et hoc deſignatum eſt in illa eccl'ia primitiua tp̄e apl'oꝝ. Uñ actuū. iiij. dr̄. Q̄, multitudis credētiū erat coꝛ vnū et anima vna. et q̄ illis oīa erāt ꝯmunia.

Poteſt etiam dici q̄ in hac cena duo fercula apponent'. ſcȝ. mel et lac. Mel ſignat dulcedinē de cognitiōe diuinitatꝭ. quia mel deſcēdit ex aere ſiue roꝛe celeſti. Lac gaudiū de cognitōe dn̄ice incarnatōis in virgine. quia lac de carne procedit. Et tunc clareſcet geniti que genitura fuit. et quomō noſter emanuel butirū et mel comedit. Iſa. vij. Iſtud inuenies infra. Ecce duplex dulcedo. ſcȝ lactis et mellis. Unde dictū eſt virgini Cantic. iiij. poſtq̄ꝫ cōcepat filiū dei. Mel et lac ſub lingua tua. id ē deus et homo intra viſcera tua. Et ideo p̄miſſa eſt filijs iſrl' terra fluens lacte et melle. id ē veris chriſtianis videntibꝫ deū duplici oculo fidei et dilectionis.' beatiſſima virgo. L

In hac iterū cena. xij. fercula.' que notant' Gen̄. xxvij. in benedictōne iacob. vbi dicit' ei ab yſaac. [Det tibi deꝰ de roꝛe celi. et de pinguedine terre abundantiā frumēti vini ⁊ olei. et ſeruiāt tibi pp̄l'i. et adorent te tribus. Eſto dn̄s fratrū tuorū. ⁊ incuruentur ante te filij matrꝭ tue. Qui maledixerit tibi ſit ille maledictꝰ. ⁊ q̄ bn̄dixerit tibi benedictōnibꝫ repleatur.] M

Ros [refrigeriū et p̄tectio cōtra eſtū tribulationū. Unde p̄s. lxv. Trāſiuimꝰ p̄ ignē et aquā. ⁊ eduxiſti nos in refrigeriū.

Pinguedo terre [ſtabilitas ⁊ firmitas in bono. q̄ꝛ inter elementa firmioꝛ eſt terra. q̄

# De feſto eternitatis

ĭnetern̄u ſtat. Eccl'iaſtes.i. Itē. Qui fundaſti terrā.i.eccleſiam.
Frumēt̄u ]Iois ꝯfect⁹ ſuppletio ꝛ amotio. Apoc.vij. Nō eſuriēt neqꝫ ſitiēt āpli⁹ ꝛc.
Uin̄u ]obliuio oīm miſeriaꝝ. Prouer.xxxi.[ Date ſicerā ꝛc. ]uſqꝫ [ bibāt ꝛ obliui-ſcant̄ egeſtatꝭ ſue.ꝛ doloris ſui nō recordent̄ amplius ] Iſa.lxv. Obliuioni tradite ſunt anguſtie priores.
Olēu ]gaudīu ineffabile. Uñ ꝑs.ciij. Et vt exhilaret faciem in oleo.
Obſequīu impēſ̄u ab om̄i creatura q̄ ſeruiet coꝝ volūtati. Uñ[ Seruiāt tibi ppl'i ] Unde matth.xxv.[ Euge ſerue bone ꝛ fidelis ]uſqꝫ[ ſup̄ ml'ta te conſtituā. ]
Honor. ]Unde.[ Adorēt te trib⁹ ] Sap.v. Ecce quomodo ꝯputati ſunt inter fili-os dei.et inter ſctōs ſors illoꝝ. Item ꝑs.viij. Gloria ꝛ honore coronaſti eū.
Participatio oīm bonoꝝ. ]Unde.[ Eſto dn̄s fratꝝ tuoꝝ ] Nā ſicut lucēte ſole oēs participant lucē ſine diminutōe ꝛ ꝑiudicio alicui⁹. ita q̄libꝫ ſct̄us ꝑticipabit gau-dīu alteri⁹. Quod orat ꝑs. Participē me fac de⁹ omnīu timentīu te.
Omnīu reꝝ dominīu. ]Uñ[ Et incuruent̄ ante te filij matris tue. ]ꝑs.viij. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
Uindicta inimicoꝝ. ]Unde[ Qui maledixerit tibi ſit ille maledict⁹ ]ꝑs.lvij. Leta bitur iuſt⁹ cum viderit vindictā.
Remuneratio amicoꝝ ꝛ bn̄ficioꝝ. Uñ[ Et q̄ bn̄dixerit tibi bn̄dictōib⁹ repleatur ] Matth.x. Qui potum dederit vni ex minimis iſtis.vſqꝫ.nō ꝑdet mercedem ſuam.
Cōiunctio chriſti ꝛ eccl'ie.q̄ notat̄[ in oſculo yſaac ] Quia ſicut nll'a eſt diuiſio īter oſculātes.ſic nulla erit diuiſio inter chriſt̄u ꝛ eccl'iam. De h̄ oſculo dic̄ ſpōſa. Oſcu let̄ me oſculo oris ſui. He ſunt.xij.ſtelle in corona ſponſe. Apoca.xij.et.lij.benedi-ctōes filioꝝ iſrael.i.fidelīu chriſtianoꝝ. Gen̄.penultimo.ꝛ deutero.pen̄l.

Itē hec ſunt fercl'a q̄ ꝓmittunt̄ iob.v.vbi dicit̄ ei.[ Btūs hō q̄ corripit̄ a dn̄o. In-crepatōem ḡ dn̄i ne reprobes.q꞉ ip̄e vulnerat et medet̄. ꝑcutit ꝛ man⁹ ei⁹ ſanabūt. In ſex tribulatōib⁹ liberabit te.ꝛ ī ſeptima nō tanget te mal̄u. In fame eruet te ꝺ morte.et in bello de manu gladij. A flagello lingue abſcōderis.ꝛ nō timebis cala mitatē c̄u venerit ] Hec iob.v. Dicit̄ igit̄ ꝑrio ip̄i iob. Btūs hō q̄ corripit̄ a dn̄o. A

Grego. Gre. Dei miſericordia agit̄/ vt pena culpam ſeq̄tur.ꝛ vis doloris ſit cauſa ſalutis. Et q꞉ btūs.ergo tu q̄ corriperꝭ ſi vis eſſe btūs/increpatōnem dn̄i ne reprobes. Et nota ꝗ ſeptem bona facit hec correptio. Adapta. B

Quia ip̄e vulnerat ]carnē[ ꝛ medet̄ ]aīe. Eccl.xxxi. Infirmitas grauis ſobriā facit animā. Et medet̄ viſitatōe/vel gaudioꝝ infuſione.
Percutit et man⁹ ei⁹ ſanabūt ] Quia ꝑcuſſiones ei⁹ ſunt ſanatōes. Uñ dicit exod. xxxij. Ego occidā ꝛ ego viuere faciā.ꝑcutiā ꝛ ego ſanabo.
In ſex tribulatōib⁹ ].ſ.h⁹ mūdi[ libabit te.ꝛ ī ſeptiā ]q̄ erit ī iudicio[ n̄ tāget te mal̄u ]
In fame ].i.in corꝑali inedia[ eruet te de morte ]ꝑeti ꝛ gehēne. Mortē induxit co-meſtio illicita.ꝛ a morte eruit dn̄s in penuria cibi ꝛ potus.
Et ī bello ]ꝯtra tres hoſtes[ de manu gladij ].i.ꝺ poteſtate peccati. Eccl'i.xxi. Qua-ſi romphea bis acuta omnis iniquitas.
A flagello ligue ]maloꝝ[ abſcōderꝭ ].gloſa.liberaberꝭ. Uel [ ligue ].i.ſentētie dn̄ice.
Et non timebis calamitatē c̄u venerit. ]

Seq̄t̄ ibidē iob v. In vaſtitate ꝛ fame ridebis.ꝛ beſtias terre nō formidabis. Sꝫ c̄u lapidib⁹ regionīu pact̄u tūu.ꝛ beſtie terre pacifice erūt tibi. Et ſcies ꝗ pacē habe-at tabernacul̄u tūu.ꝛ viſitās ſpēm tuā nō peccabis. Et ſcies q̄qꝫ q̄m ml'tiplex erit ſemē tūu.ꝛ ꝓgenies tua q̄ſi herba terre. Ingrederꝭ in abūdātia ſepulcr̄u. ſic infert̄ aceru⁹ tritici ī tp̄e ſuo. Hec iob.v. Hic en̄uerat bona q̄ ſequūt̄ verā patientiā. C
Prim̄u [ In vaſtitate ]gehenne/que impios vaſtabit extra.[ ꝛ fame ].i.omnis boni defectu intra.glo. Sicut intus ꝛ extra deliq̄runt.ſic intus et extra punient̄. Iſa.ī fine. Ignis coꝝ nō extinguet̄. et vermis coꝝ non moriet̄. Ignis exterius.ver-mis interi⁹.[ Ridebis ]de impioꝝ ꝑditōne. Quia letabit̄ iuſtus cum viderit vin-dictā. Prouerb.xi. In ꝑditione impioꝝ erit laudatio. Uel [ Ridebis ]gaudēs de ꝓpria ſalute in die nouiſſimo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Secundū. Et beſtiā glosa .i. diabolū terre glosa. q̄ terrenos comedit. nō formida bis. Ecce ſecuritas. Zacha. vltimo. Sedebit hieruſalē ſecura.
Terciū. Sed cū lapidib9 regionū glo. electis. qui de omni regione tūc ꝯgregabū tur. erit pactū tuū firmū. ſtabile. ꝛ eternū. quia mutuo te ſicut ſe diligent.
Quartū. Et beſtie terre .i. demōes ꝛ mali hoīes. i. Chor. xv. Ad beſtias pugnaui epheſi. Pacifice erūt tibi glo. Spūs nequā nō īpugnabūt te. Uel beſtie terre id ē mot9 carnis. qꝛ tūc caro nō ꝯcupiſcet aduerſus ſpm̄. nec ecōuerſo. ſicut modo.
Quintū par pectoris. Uñ ſequit. Et ſcies experimēto. ꝙ pacē habeat tabnaculum tuū pectoris hic. ibi eternitatꝫ. Tabernaculū tuū .i. corpus.
Sextū. Et viſitās ſpeciē tuā .i. teipm ꝑ ꝯſideratōēꝫ. nō peccabis .i. primū. te. vl' deū. Ul' ſpeciē tuā .i. primū. glo. Species nr̄a prim9 ē. i q̄ videm9 q̄d ſumus.
Septimū. Et ſcies quoqꝫ ꝙ ml'tiplex erit ſemē tuū acq̄ſitū exēplo vl' p̄dicatiōe.
Octauū. Et ꝓgenies tua .i. filij ſpūales q̄s ꝯuertiſti. vl' bona opa q̄ feciſti. vt her ba terre. qꝛ ml'ti nūero. ꝛ virētes ꝟtute. ¶ Hoc totū p̄t ītelligi de p̄nti. Unō ſeq̄t. Et tūc. ſ abūdātia ꝟtutū. ingredieris ſepulcrū ꝯtēplatōis. ſic īfert aceru9 tritici. vbi eſt ꝯgregatio bonoꝝ operū. in tp̄e ſuo .p9 lōgū exercitiū. qꝛ lya p̄cedit rachel.

¶ Finit liber ſecundus

# ¶ Incipit liber tercius de laudibus beate marie. habēs duas partes. Prima pars ꝯtinet. xxvij. dignitates ꝛ p̄uilegia carnis virginee. Scd̄a pars cōtinet. xij. ꝓgatiuas marie.

## ¶ Incipit pars prima

Anteq̄ꝫ accedamus ad tractā das. xij. ꝓgatiuas ſpeciales bte ꝟginis. videndū ē de dignitatib9 ꝛ priuilegijs ꝟginee carnis ei9. Et p̄mo notādū ꝙ caro ſm quoſdā dicit a carēdo. qꝛ multiplex glorioſa carētia ſeu glorioſus defectus fuit in carne ipſius. A

¶ Caro marie caruit
Peccato originali in ſctificatōe. Uñ p̄s. Sctificauit tabernaculū ſuū altiſſim9. q̄ ñ eā purgauit ab originali vt tota mūda naſceret. Tūc eni videt p̄r q̄ſi p̄cepiſſe ſpūi ſctō illō puer. xxv. Aufer rubiginē de argēto. ꝛ egrediet vas puriſſimū. Tūc eni celeſtis aurifaber. i. ſpūſſctūs. q̄ ē oim artifex. Sap. vij. totā rubiginē culpe origial' abſtulit de argēto ꝟginee carnis. ꝛ tūc fuit ipa caro argētū igne ſpūſſcti. examiatū. ꝓbatū terre .i. a terrenis ꝯtagijs. ꝛ purgatū ſeptuplū .i. ꝑfecte ꝑ grāꝫ ſeptifor mē. ꝛ h̄ totū vt egrederet vas corpis ꝟginei puriſſimū. ad recipiēdas grās ꝛ ꝟtutes. ꝛ ꝯdigna materia fieret. de q̄ de9 p̄r glioſū corp9 aptaret vnigenito ſuo. Uñ fili9 p̄ri ad heb. x. c. Hoſtiā et oblatōēꝫ noluiſti. corp9 aūt aptaſti mihi .i. aptum ꝛ idoneū dediſti mihi ꝑpt q̄tuor. Prio. qꝛ ſine pctō. Exo. xij. Erit agn9 abſqꝫ macula. Scd̄o. qꝛ mortale vt poſſꝫ īmolari. Tercio. qꝛ ꝑunctū gratia. Uñ Plenū gr̄ tie ꝛ ꝟitatꝫ. Sic ſacrificiū offerebat cū ſuis libamib9. Quarto. qꝛ vnitū deitati. et ideo fuit hoſtia ſufficiēs ꝓ genere hūano. De q̄ hoſtia dicit btūs Ber. Hec hoſtia ſicut ſola prodeſſe potuit. ſic ſola ſuffecit. Bern̄.
Fomite ꝛ p̄uis motib9 i cariſmatū īfuſiōe. Uñ p̄ſ. Adiuuabit eā de9 mane .i. ī p̄ncipio vite ſue adhuc exiſtētē ī vtero m̄ris. diluclo .i. grāꝝ ortu tenebras original' expellēte. Ul' diluclo .i. claritate grāꝝ aduenīēte. q̄ tūc īfuſe ſūt ei. Tūc etiā p̄r ſicut dꝛ oſee. xiij. adduxit vētū vrētē .i. ſpm̄ſctm̄. q̄ in eo ꝙ vent9 ab eſtu ꝯcupiſcētie virgineā carnē refrigerauit ꝛ fomitē extinxit. ſicut flat9 vēti cādelā. in eo aūt ꝙ vrēs humorē ebibit noxialē ꝛ terrā corpis exiccauit. Quere lib. xij. p̄tic'la. v. ti. v. ꝙ chriſt9 vēt9. Q, ſi forte poſt ſctificatōēꝫ remāſit ī ea fomes vl' potētia ad peccādū. B